

debitum exigatur, &c. c. de appell. ex cuius text. verbis ibi, mox debitum exigatur, &c. clare appetit sublatione remota, cum nulla sit major contradictione quam appellatio, *suprā dixi n. 33.*

Denique probatur haec pars ex text. in c. cum sit Ro. 96. manu s. de appell. ibi, intra quod si is, qui appellaverit, causam appellations non fuerit prosequutus, tenebit sententia, si post sententiam appellaverit, & causa sua cecidisse videtur, nec amplius super eodem negotio audiatur appellans &c. nam regulariter verum est, quod qui terminum sibi ad aliquid faciendum præfixum labi permittit, censetur renuntiare, & non potest, nec agendo, nec expediendo audiri, tradit Joan. Cephal consil. 201. n. 4. l. 2. & consil. 202. n. 18. cod. lib. 2. Callidor. dec. 4. in intent. n. 3. de dilatio. Vefr. in praz. Romana Curie lib. 8. cap. 4. n. 21. Annot. ad Arguid. n. 103. sed ubi à jure aliqua causa denegatur audiencia, appellatio etiam denegata censetur, latissime diximus & post plurimos probavimus *suprā 2. p. cap. 8. à prim. usque ad fin.* ergo evidenter sequitur in nostris casu, cum super desertione, & causa prima denegatur audiencia, appellatio remota intelligatur.

Uno fundamento volunt hanc nostram opinionem 99 comprobare Amad. Rodig. in d. c. 1. nempe, quod cū hodie ex Concil. Trident. seff. 24. de reform. cap. 20. & consil. 13. c. 1. sit prohibita appellatio ab interlocutoria sententia, nisi ab ea qua continet damnum irreparabile, & sic arguit ille, cum sententia super desertione sit interlocutoria, ergo non potest appellari. Sed miranti viri non attendunt, quod Trident. in d. locis per 100 misericordia appellacionem ab interlocutoria, vim diffinivit, prout ita lata super desertione est, ut probant Philip. Fran. in c. ex ratione de appell. Lanfran. in c. quoniam contra n. 114. de probat. & plurimos citavimus suo loco, & quod habeat etiam damnum irreparabile, dubitavit nemo, scutum aliam sententiam diffinitivam post se non expectet, per cuius appellacionem possit reparari, & ita defende hanc opinionem nostram ex supra dictis fundamentis, à nobis consideratis, quibus speciales rationes excludenda appellatio suspensa) de electione, text. in c. quoad consultationem, de sent. & re jud. ubi quod cū post deceam dierum spatium in autoritate rei transferit judicata, &c. facit etiam text. in d. c. sicut de appell. probatur etiam in text. eleganti in c. personas 4. in ord. de appell. ibi, ex 94. tunc fuisse super ius quā in questione vertuntur, sine contradictione aliquaflare, compellas, &c. & quando in aliquo casu à jure removetur contradictione, appellatio etiam remota censetur, Gonzal. de alternat. glo. 9. in annot. sub n. 218. Decius in d. c. personas, in 4. notab. Lancel. Robert. de intent. 2. p. c. 12. limitt. 8. n. 4. & nos *suprā* hoc 3. p. c. 11. n. 39. & 2. p. c. 8. à n. 107.

Quod probant Doctores, & ego ex hoc text. qui ponit duos casus diversos. Primo casu dicit: fine contradictione aliquaflare compelles, &c. & in secundo autem dixit: ex tunc sententia sua (sicut de alio casu diximus) appellatio remota parere constringas, &c. cum nihil in alio casu de appellacionis remotione dixerit, sed de contradictione duntaxat, & tamen se ipsum Pontifex declarat, ut illa verba contradictione remota intelligantur: idemque operentur, quod & appellatio.

TRACTATUS DE REGIA PROTECTIONE VI OPPRESSORUM APPELLANTUM. PARS QUARTA.

Qua continentur capita circa violentias attingentes executoriales executores,
& eorum excessus.

- 17 Executorialium expeditio plus non gravat, & ideo non appellatur.
- 18 Executio dicitur de appendicibus.
- 19 Executorialium expeditio est per executionis, & ipsius atque sententia declaratio.
- 20 Pronuntiatio de exequendo dicitur executio, licet non merita.
- 21 Executiva si sit una sententia alterius, si non potest appellari a prima, pariter nec a secunda illius executiva.
- 22 Executorialium expeditio, & decretum de exequendo sit in executione rei judicata.
- 23 Ab executione non appellatur, quia plus quam sententia non gravat, ita nec ab expeditione executorialium, quia plus quam ipsa executione non gravat.
- 24 Ab interlocutoria dē admittendis articulis ab ipsa actuali admissione, & de ratione.
- 25 Executio mandatum implens non est qui gravat, sed mandans.
- 26 A sententia, qua quis non gravatur, non appellat.
- 27 Appellans ab executione rei judicatae presupponit antecedens validum, & negat consequens, scilicet executionem, & ideo nihil agit.
- 28 Executio inducta est, ut lites consequantur finem, nec immortales reddantur.
- 29 Finem numquam oſsequentur lites, si ob executorialium expeditione daretur appellatio.
- 30 Prohibito uno, prohibetur omne, per quod perveniret ad illud.
- 31 Ab expeditione executorialium appellatio admittitur, si rationabilem causam habeat expressam.
- 32 Executorialium expeditio ante rem judicatam, & intra terminum ad appellandum, appellacionem suspensoam recipit.
- 33 Sententia de exequendo est executio, & sic non facienda ante rem judicatam, & intra terminum ad licet appellandum.
- 34 Executio dato ad exequendam sententiam legitima appellacione suspensoam, non est permisenda executio.
- 35 Executorialium expeditio continens novum aliud gravamen ultra rem judicatam, admittit appellacionem suspensoam.
- 36 Executorialium expeditio decreta contra alium in re judicata non comprehensum, recipit appellacionem.
- 37 & 38. Executorialium expeditio facta parte non cedita admittit appellacionem.
- 38 Executorialium expeditio, ut per appellacionem suspensoatur, debet rationabilis causa in scriptis exprimi.
- 39 Executoriales sunt quoddam instrumentum à Notario vim non facient.

T. confitum

494 De Regia protect. vi oppress. appell.

- confectum summam electorum continens, vitori ad exequendum tradendum.
- 40 Executorialis moribus inducta, idem est in effectu quo ad mandatum executivum.
- 41 Executoriales expedientur flante re judicata, non tamen mandatum executivum, quod si secus fias, Rotat a susinet dum rite sit expedium.
- 42 Executorialis expeditionem debet procedere citatio ad videndum illas relaxari.
- 43 Executoriales expediunt etiam in domo auditoris Rota.
- 44 Executoriales expedita abque citatione recipiant appellationem suspensivam.
- 45 Cui sex ampliationes adjiciuntur.
- 46 Citat an sit necessaria in relaxatione mandati vigore sententiae, varie fuerit opinione remissive, ubi resolutio.
- 47 Executorialis expeditionem requirent citationem, ubi datur judicis, rei, aut an litigantis mutatio sine controversia est.
- 48 Executorialis expeditio requirit processus reproductionem, alias si negetur negatur executio, & seq.
- 49 Sententia valde antiqua presumitur, ritè & recte latam fuisse.
- 50 Sententia valde antiqua qua dicatur, ut sine processu possint executoriales expediti, remissive.
- 51 Executoriales in primis debent contineare sententias, seu sententiam.
- 52 Sententia inferia in executorialibus facit fidem, quia sunt acta judicialia.
- 53 Executor sententia vero est antea ad ejus executionem devenerit, quam sibi sententia legitimè constet.
- 54 Sententia non dicitur confidere, etiam si ejus tenor refertur in executorialibus Pape per relationem partis, quia ipsa sententia adhuc debet doceri.
- 55 Dictiones (juxta, secundum,) & similes in gratia, seu privilegio sicut causative, in iustitia, rescriptio autem conditionaliter.
- 56 Executoriales ut per se fidem faciant de sententia, debet in aliis inferi de verbo ad verbum.
- 57 In executione sententiae semper ejus verba ponderanda sunt.
- 58 Executoriales ut probent mandatum procuratorum totus ejus tenor de verbo ad verbum est inservendus.
- 59 Mandatum inservit de verbo ad verbum in sententia aliove alibus judicialibus, fidem facit, sicut ipsum originale.
- 60 Mandatum incertum per relationem enuntiationem notarii non de verbo ad verbum, non probatur negetur.
- 61 Etiam Notarius attestatur, se vidisse, & legisse. Et etiam dicit, ut constat ex instrumento per me fieri rogatum confessio, ibid.
- 62 Executorialibus inservi solent libelli actionum & exceptionum, & alia munimenta quae ad executionem magis congruant.
- 63 Executorialibus inservendus de verbo ad verbum libellus Aloris, cum ejus probatio regunt scripturam.
- 64 Executorialibus inferi libellum rei, ut constet de litis testatione, non requiritur, cum sufficiat enuntiatio litis contestationis.
- 65 Executorialibus libellus exceptionum erit inservendus, ut appareat ad opposita executioni sunt admissimae, vel non, iam super illis judicatum.
- 66 Executorialibus citatio inferenda est, ut appareat tertius professor, & oppositor fuerit citatus, & quibus officiis executoriales.
- 67 Executorialibus sunt inferenda omnia, que excludant exceptiones oppositos ad impediendum executionem, ut extrinseca alia excusetur probatio nempe actionum exhibetur.
- 68 Aliaprocessus etiam lice finita probant, & vim retinent.
- 69 Crux, qua sit ultim in iudicio, & judicis intentio ut constet, interrogatoria & alia inferentur in executorialibus.

Medium

Pars IV. Cap. I.

495

- Medium declaratur ex precedentibus, & sub sequentibus.
- 70 Executorialibus inferi solent testes melius probantes rei estimationem, valorem & bonorum liquidationem reservatam executioni, ut alia excusetur.
- 71 Executio si ab eodem judge sit facienda, parvi referunt executoriales conficer, cum sufficiat sola sententia à Notario signata publica forma.
- 72 Executoriales Romana in Curia expedita, ante executionem eorum requiritur citatio partis de inviolabili Rota stylo.
- 73 Executio vigore executorialium non intimatarum capitulorum, sed quibusdam canonici non congregatis capitulariorum est attentata, & quando tunc valeat.
- 74 Executorialium cum intimatio sit in Rota reproducio, ubi ante actuali executionem & declarationem incursum censorum quatuor termini servantur.
- 75 Executio & possessio captae vigore executorialium ante intimationem, & ejus reproductionem est attentata, & nulla.
- 76 Executio est nulla nisi intimirunt executoriales late contra unum alteri possessori regnatarum, vigore clausulae regenerationis gratis, etiam quod possessor, quem, qua actualiter reperitur.
- 77 Dispositio de intruso loquens procedit in accipiente possessionem ex executorialibus non servandis.
- 78 Executoriales obtinens vigore irrum conformum contraria intrusum, si reperiatur in possessione per viginti annos, etiam si non appareat de intimatione & terminis servatis, non dicitur attentata possesso.
- 79 Ratio est, quia presumuntur omnia solemniter a clavis spatiuum viginum annorum, condemnatum intrusum post sententias dimisae possessionem.
- 80 Collatio facta per Episcopum excommunicatum vigore executorialium, tamen nondum declaratum vult.
- 81 Condemnatus antequam declaratur vigore executorialium præmit Rota quatuor citationes, ut docent cur illis non paruerit.
- 82 Auditor Cameræ licet sit executor sententiarum, tamen auctoritates a Rota intimatae non possunt produci coram Auditori de declaratoriis, nisi ipse expediat monitorium.
- 83 Et de ratione.
- 84 Executorialis executio est attentata, quia cum debent reproduciri coram Auditori Rota reproducuntur coram subexecutore in partibus.
- 85 Ab executori exequente executoriis Romane Curia in partibus post intimationem, & ante eorum reproductionem in Rota appellationi deferendum esse, declarat Regius Senatus.
- 86 Romana Curia stylus in expeditione executorialium ac reproductione intimationis non servatur in partibus Hispanie, sed jus commune.
- 87 Et quis Hispanie stylus sit.
- 88 Possessionem captiam vigore executorialium expedita in partibus, & non reproduciat attentata non est, determinavit Rota.
- 89 Stylus Rota extra Curiam non est attendendus, nec ad partes extendendus.
- 90 A commissione executorialium facta executori, ut illam ad effectum perducant appellationi non est defervendum.
- 91 Index cautus sit, non pronuntiare super sententia executa, sed directo committat executionem executori, ut appellatio evitetur.
- 92 Executionis commissio executionis dicitur pars realis.
- 93 Executionis extrema à parte ante & à parte post, appellationem excludunt.
- 94 Medium participat à juribus extremorum, & probatis extremis medium probatum remaneat.
- 95 Quod procedit, quando medium habet conjunctionem cum extremis.
- 96 Medium ejusdem presumitur natura & conditionis, cuius sunt extrema.
- vus tamen tanquam prohibitus ejus executionem non impedit, secundum varietatem casum à prī. hujus tractatus olisque nunc, in finemque relatorum, quoniam quantum ad nos attinet, executor talis sententia potest in executione excedere, ac propterea appellari, & tandem cum præfaturum sententiarum executio necessaria sit, juxta illud Philosophi Politicorum 6. c. nihil prodest rebus justis iudicia, & sententias dare, nisi essent qui ea executioni mandarent, cum convenit l. 2. §. post originem, ff. de origine juris, c. ubi periculum §. præterea de electione in 6. & in c. nunc §. & quantum de statu regula, eadem lib. tex. in c. sufficiat de in integr. restitu. quia fructu ferrentur sententiae, nisi debitæ executio mandentur, c. quod consultationem, de re jud. gl. in rub. C. de executione rei jud. justè judex pro ea peragenda executoriales decernit.
- Quo supposito in illam incidimus solvendam altercatam questionem: an judex Ecclesiasticus vim faciat, non defers appellatio interposita à præcepto de exequendo, seu expeditione executorialium virtute rei judicata; & affirmativam scilicet appellationi defendum esse, omnino tenet gl. in l. 4. ab execut. ff. de cop. & in l. ab execut. B. sub n. 1. & Salicet. sub n. 2. & 3. C. quod app. recip. Speculator. in it. de app. §. in quibus n. 6. vers. f. & scis. Socin. regul. 26. appellate ab execut. n. 5. & regul. 24. fall. 2. quan ipse ubi supra communem opinionem efficiatur, & Alex. consil. 113. viss. ibemate n. 9. in fin. quam videtur sequi Roman. consil. 41. in praesenti consultatione n. 1. & in l. 5. ad pr. & in 4. colum. ff. de verbis, oblig. sequitur addit. ad Abbatem in c. quod consultationem sub num. 30. verbo appellatione, in fin. & præfata glossa ad hoc allegavit. Bart. in l. si cum exceptio §. hoc autem ad fin. quod meus causa.
- Et generaliter seu indistinctè, quod à præcepto, seculo de exequendo appellationi sit tanquam licita defervendum tenet, Angel. consil. 112. quidam petti. Sequitur Fel. in c. quod consultationem n. 1. in fin. n. 14. & 15. vers. lim. 1. de sententia & re jud. Salicet d. ab execut. C. quorum app. vers. oppono contra primum, ut dicit Doctoris communiter tenere, & ibi Joan. Faber. in pr. Bal. in addit. 2. ad Specul. in it. de app. vers. aliud e. Alb. in c. quo d. consultationem vers. concluso ergo de jud. Alex. in consil. 97. vol. 6. Socin. consil. 330. vers. nam licet. Soc. in reg. 26. lim. 5. Joan de Ana. consil. 26 in pr. Roder. Xuar. in l. post rem. in decl. l. Regn. q. 6. n. 1. & 2. & præfaturum glossarum opinionem d. c. ab executione, & in d. ab executore, communiter approbari per DB. dicit Decius in c. novit. n. 4. de app. & etiam de communi testatur. Emilia. consil. 1. 8. magistris n. 2. Myssinger. consil. 46. scilicet tale n. 8. quorum plurimi generaliter loquuntur tam in decreto, & mandato exequendo rem judicatam, quam instrumentis & aliis dispositiōibus executionem merentibus: alii verò indistinctè de præcepto exequendo, alii, & major pars in executione instrumenti guaranteeant; dicentes, quod licet non possit appellari ab ipsa executione, poterit tamen appellari à mandato de exequendo, & sic dicendum videtur; appellationi hujusmodi ab expeditione executorialium si judex non deferat vim faciet omnino.
- Sed contraria sententiam & opinionem, in appellationi non deferventem, vim nullam facere interposita ab expeditione executorialium, & præcepto de exequendo, tam vigore rei judicatae quam instrumenti guaranteeant, alterius dispositionis: longè veriorem, & probabiliorē, communiorē; testantur citandi: quam tenent gl. in l. cum exceptione §. hac autem, ergo, datam vers. sed tamen die, ff. de eo quod metus causa. Albertus. in l. ab executione, C. quorum appell. in pr. vers. item tenent & Odofred. vers. si judex pronuntiat vers. queritur circa legem istam. Bald. in d. l. ab executione, vers. & tamen modo quoque, ubi Paulo Castrensi. in princ. vers. & advertendum Sagado de protel. Reg.

T 2 Fulgos.

Fulgof. in glof. Joan. Andr. in addit. ad Specul. titul. de appellat. §. in quibus vers. & sciat. Alexand. conf. 81. vers. fortius dico vol. 6. Specul. in tit. de executione sententia. §. penit. vers. sed secundum eum queritur n. 5. in fin. & n. lib. 2. fol. 181. Rebuff. tract. de sententiarum execu-
tione. art. 7. gl. 13. n. 16. fol. ult. tom. 1. fol. 376. Capiclus decif. 1. num. 17. de communi testatur item Mandel. de Alba conf. 12. prel. apposita lib. 1. & magis communem post alios vocat Petrus Cephalus conf. 76. n. 16. propter de eadem magis communi testatur Berouius conf. 32. in causa executionis num. 5. & 17. lib. 3. ubi quod ab hac opinione in judicando non est recedendum, & quod si alteri opinioni velit inhaerere, id ex imperio facere, presupponetur, & de eadem communi testatur Cravat. in addit. ad Vesperium in traxi Roma. 1. Cur lib. 7. cap. ult. n. 43. etiamque communem dicit Caputq. decif. 427. l. 1. communem dicit Apos. ad Roma. conf. in præsens, in verbo, videndum, communem dicit Socin. in regul. 24. fall. 2. & in regul. 26. & plurimos de com-
muni & magis communi testantes refert & sequitur Card. T. Uic. tract. concil. tom. 1. concil. 10. lit. E. num. 14. & n. 17. veriorum communum, & servatam affirmat Addit. ad tract. Papient. in forma appellatio. à sentent diffi. in glof. coram vobis in verbo, in executione fol. 407. de magis communi etiam testatur Rolan. à Valle conf. 43. à n. 3. volum. 1. esseque receptam in Palatio, post alios te-
statur Rota decif. 100. 1. divers. quam doctrinam pro-
cedere circa dubium in executorialibus decretis, vi-
gore trium sententiarum conformium, affirmant Mandol. in tract. de commissione 13. executoriali in verbo ci-
tatione precedente q. 4. versus fin. fol. 130. Scaccia Sigismund. in tract. de appell. quæst. 17. limit. 10. n. 17.
quia tunc nulla cadit disputatio.

Quam quidem opinionem in validis fundamentis, ad tractat. de executione instru. quæst. 41. sub n. 79. fol. 44. Scaccia in tract. de appell. p. 1. 7. limit. 10. num. 8. ad fin. Joan. Garcia de nobilitate glof. 6. §. 2. n. 25. alias ultra istos Doctores multos pro hac opinione magis communi affirmans congetit Cavaill. in contra commun. quæst. 190. per totam Joan. Gutier. in repetitione l. nemo potest, delegatis 1. n. 446. & num. seq. Vald. in addition ad Roder. Xuar. in post rem declarat. Reg. q. 6. adn. 1. Rebuff. de litera obligat. art. 1. glof. 10. Menoch. de adipisc. pos. rem 4. n. 828. Azevedo. in l. 3. titul. 21. num. 4. & 5. lib. 4. recop. Anton. de Canar. in tract. de execut. instru. q. 46. n. 83. tom. 3. divers. fol. 44. Rota decif. 100. ex nocturn. num. 13. p. 1. divers. qui omnes loquuntur in appellatione interposita à precep-
to de exequendo tam virtute rei judicata, quam in-
strumentis guarentigii propter utriusque equiparatio-
nem à jure consideratam, secundum Benedict. de Paz in
tractatu de garant. p. 2. q. fol. 346. Anton. de Cana.
in tractatu de executione instru. quæst. 41. sub n. 79. fol.
44. Scaccia in tract. de appell. p. 1. 7. limit. 10. num. 8. ad fin. Joan. Garcia de nobilitate glof. 6. §. 2. n. 25. alias ultra istos Doctores multos pro hac opinione magis communi affirmans congetit Cavaill. in contra commun. quæst. 190. per totam Joan. Gutier. in repetitione l. nemo potest, delegatis 1. n. 446. & num. seq. Vald. in addition ad Roder. Xuar. in post rem declarat. Reg. q. 6. adn. 1. Anton. Gabriel. commun. concl. 1. 2. titul. de appell. concil. 14. in prim. Afin. in præx. judic. §. 31. cap. 18. n. 1. fol. 87. Lancelot. de attent. 2. p. c. 16. n. 38. & item 2. part. cip. 12. limit. 54. n. 10. & seqq. communi testatur Alcicius in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbo, oblig. Baptista Villalob. in volum. communum opin. verbo. ap-
pellat. n. 112. Augustinus Berouius conf. 106. quatuor n. 10. lib. 3. Mandel. de Alba. conf. 14. in prim. 1. 1. Grat. conf. 16. vñis. lib. 2. Petr. Calefat. inter confit. in missionalia. l. 1. conf. 76. in causa executionis n. 6. Benedict. de Barz. in tract. de garant. p. 2. q. 13. fol. 346. Veltius in præx. gl. 7. cap. 3. n. 9. Caputq. decif. 40. appellatio non admittitur p. 1. Rota decif. 45. alias 346. si appelletur, d. app. in novis. Rebuff. i. o. n. de sententiarum execuzione glof. 12. 13. & 14. art. 7. & de litera. obligat. art. 1. glof. 10. Ber-
nar. Diaz regul. 46 Didac. Perez in l. 4. tit. 8. 1. 3. ord. col. 1113. Menoc. de adipisc. pos. rem. 4. n. 218. Roland. à Valle conf. 43. Azevedo. in l. 3. tit. 21. lib. 4. recop. n. 4. & 5. Valdez in addit. ad Roder. Xuar. in l. post rem. 21. declaratione 1. Reg. quæst. 7. n. 1. Covarr. in tract. p. c. 23. ac fin. Parlador. l. 2. rerum quoad. cap. fin. 5. p. 5. §. 15. n. 1.
Ergo nec poterit appellari ad expeditione execu-
torialum, seu à precepito rem judicaram, seu aliam dis-
positionem executioni mandandam, quia plus non gra-
vat. Ita argumentantur Geminianus. conf. 99. Guido Pa-
pæ conf. 574. Cornelius conf. 71. n. 20. lib. 1. & conf. 221. in fin. lib. 4. Aretin. in l. 5. in prim. n. 3. circa medium de verbo. oblig. Alex. conf. 95. lib. 2. Socin. in regul. 26. ap-
pellare. Felin. in c. quæst. ad consultationem. num. 14. & 15. de re jud. Ruin. conf. 78. num. 1. Socin. junior conf. 138. n. 6. lib. 3. Gratia respons. 16. col. 1. num. 2. Roland. à Valle conf. 43. n. 5. in prim. Rota d. c. 100. p. dñe. s. & ferè omnes DD. citati superius vers. in specie no-
stra & vers. sed contraria sententiam.

23. Nam execuio dicitur de appendicibus. Poteus dec. 376. in fi. l. 1. & executorialum expeditio, & præcep-
tum ejus pars, seu declaratio ipsius executionis, &
sententia. Cynus in l. ab executione C. quorum app. ubi Raphael. Cuma Bald. etiam ibi n. 4. Felin. in d. c. quoad 19. consultatione sub n. 14. de re jud. ino execuio & præ-
ceptum de exequendo, unum & idem esse, firmau-
Cyn. in d. ab executione. Raphael. Cuma. in l. ab execu-
tore. & ibi Bart. & Maria de Senis conf. 48. in civitate Lu-
cana. Rober. Xuar. in rep. l. post rem. in declaratione l. Reg. q. 6. n. 3. in pr. & Bal. in addit. Special. de sent. vers. 20. pronuntiatio, dicit, quod pronuntiatio de exequendo sit execuio, licet non mera, ergo nec ab ista ex-
equitione & decreto poterit appellari.

21. Insuper facit elegans ratio, nam quoties du-
sentia ita se habeant, ut una veniat in executionem,
seu executa sit alterius, tunc sicut non potest appellari à prima, pariter nec poterit appellari à sententia,
ita eleganter Bald. in locum exceptione. §. hoc autem illio.
ff. de re quod metua causa. Felin. in d. c. quoad consulta-
tionem. n. 14. ante fi. Scac. in tractatu de appellat. q. 17. li-
mit. 10. num. 11. Capic. decif. 1. n. 17. & n. 23. Lancel.
Robert. de attent. 2. p. c. 2. lim. 53. num. 36. Caesar.
Contard. in repetitio. l. unica. C. si de mom. poss. limit. 19.
22num. 16. sed expeditio executorialum, & decretum
de exequendo est execuio rei judicata, ergo quemadmodum ab ista non appellatur ex superiori dictis, ita
nece ab illa expeditio.

23. Ceterum & facit, quod executorialum expeditio,
& decretum non plus gravat, quam ipsa res judicata
(prout diximus in executione) quoniam ideo ab ea
non appellatur, quia amplius quam sententia ipsi principali; non gravat, sed ab ipsa sententia, & re judicata
non licet appellari, ergo nec licere debet ab expeditio
executorialum, quemadmodum nec ab ipsa a-
ctuali executione; ita hanc rationem eleganter adducit Angel. in d. l. c. in exceps. §. hoc autem illio. And.
in addit. ad Specul. tit. de app. §. in quibus. vers. 5.
Scac. de app. q. 17. lim. 10. n. 12. & n. 6. Felin. in c. quo. d
consultationem, de sent. & de re judic. n. 14. post medium.
Rebuff. in tract. de appell. glo. un. n. 8. & seqq. fol.
507. Roland. à Valle conf. 43. n. 3. lib. 1. & ex plurimis
quos citat, tenet Rota dec. 100. 1. p. diverso. fecit si
gravaret amplius ut statim.

24. Quibus & illud rectè convenit, quod dicit Paul.
Calir. in l. ab executore 4. ff. de opp. 2. quod si judex
pronuntiat, articulos eile admittendos, & postea ad-
mittit, si non fuit (inquit) appellatum à pronuncia-
tione de admittendo, non poterit appellari postea ab
ipsa admittance, cum admittit sit executio interlocutor,
& secunda executio prima, & prima est, que
gravat, non autem secunda, sequitur Roginel. in tract.
de app. §. 2. c. 3. n. 85. & 167. & idem melius post alios
quos citat, ibi n. 168. Sc. de app. q. 17. lim. 10. n. 12. vi-
dendus est, lim. 17. n. 137. & per eundem Paul. Castr.
& notata in c. dicitur de renuntiacione. tenet Joan. Ferrar.
25. in tract. de app. l. 5. n. 50. quemadmodum etiam dicimus
de executore, ut ipse judicis mandata impliens non gra-
vat, sed mandans. Aymon Cravat. conf. 273. nobilis Da-
mine. col. 3. n. 1. vers. secundò quia, & vers. 1. oblat. Re-
buff. tr. de app. art. 7. gl. 2. n. 15. tom. 3. fol. 503. Scaccia ubi
proxime d. lim. 10. n. 3.

Idem succedit regula, quod à sententia qua quis non
gravatur, non poterit appellare. Bald. in l. mit. n. 7. C. ne
litterat. una easdemque causa. Franc. in cap. si diuobus. n. 1. de
app. Nicell. in tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 43. sub
n. 84. tom. 18. diversor. fol. 194. Ozafus dec. 6. n. 3. Gre-
gor. Tholol. titul. de app. lib. 5. c. 1. n. 1. fol. 461. Caesar.
Barz. Bonon. dec. 52. n. 10. quia appellatio recipit gra-
vamen, quod est causa finalis & objectus appellationis,
cap. ut debitus honor, de appell. ubi Doctores. Abb. in cap.
Salgado de Protect. Reg.

498 De Regia protect. vi oppress. appell.

& re jud. Benedictus Vand. in repert. Felin. verbo appellatio. fol. 9. col. 1. in prin. facit text. argumentum in l. nimis propriis i.c. de executione rei judicata, & quod executori dato ad exequendam hujusmodi sententiam, à qua est appellatum, non si permittendum exequi, etiam si merus sit, & nudus executor, probant Abb. in c. 1. col. pen. & f. de offic. ord. Bart. in l. divulg. ff. de judicis Oldrad. conf. 89. Gramatis. conferv. 109. n. 5. Felin. in c. si quando de offic. deleg. Marta. jurisdicti. 1. p. c. 51. à n. 34. vide in terminis quae infra c. 9. n. 50. cum Vincentio Caroc. except. 44. sub n. 74.

35 Secunda rationabilis causa sit, quando expeditio executorialis, seu decretum de exequendo aliud, & novum continetur gravamen extra rem judicata, cum continere debet illud duxat gravamen, quod continet sententia, & res judicata exequenda, & quod ex ea tantum infertur, tunc namque ab hac expeditione si judex tanquam licite non detulerit, vim facit mafisfatum; ita pulcherrime Angel. in d. s. hac autem actio, dicens, ita praticari de mente Innocentii in c. super eo quod metus causa, sequitur Felin. in d. cap. quod confutationem n. 16. de re jud. sequitur etiam Benedictus Vand. ubi proxime. Ruinus cons. 78. n. 1. & 2. lib. 5. & post Bald. & Felin. Capit. dec. 1. n. 3. & dec. 24. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. lim. 53. n. 36. Roland. à Valle conf. 43. n. 3. & 4. ubi dicit, ita omnes tenere, vol. 1. Ant. Gabr. commun. concil. lib. 2. tit. de app. concil. q. n. 2. Gratia. in disp. foren. c. 333. n. 2. tom. 2. Caroc. exceptione 43. à n. 75. faciunt etiam omnes Doctores supra citati num. 23. verf. ceterum, dicentes, quod ab expeditione hujusmodi non appellatur, quoniam non plus gravat quam sententia, ergo à ratione cessaante, si plus gravat, appellatio permittitur.

Et quod à decreto & expeditione executorialis, continente nouum gravamen, appellatio, ut licite deferendum sit, in specie tradit. Rota Rom. dec. 208. n. 2. p. 3. & dec. 197. lim. 2. n. 1. & dec. 218. l. 3. n. 5. & dec. 204. eadem lib. 3. n. 2. Ant. Cuch. lib. 2. institut. major. tit. 4. 36. n. 103. Hinc sit, ut quando sententia (de cuius executione agitur) efficit contra unum, expeditio, aut pronuntiatio de exequendo fieret contra alium, quia tunc ab ea appellationis interposita deferendum esse, docet Angel. in l. s. cum exceptione 5. hac autem actio ff. de eo quod metus causa, Immol. in l. ab executione C. quorum appell. non recip. Capitius dec. 1. in causa Domini Comit. num. 17. verf. sed quod causam nostrum Lancel. ubi proxime d. lim. 53. n. 21.

37 Tertia erit appellandi in hoc casu iusta ratio, quando hujusmodi expeditio fuerit facta parte non citata, quoniam tunc pariter si non deferatur appellatio, vim fieri declarabitur (ut statim dicimus.)

38 Supradicta declara, ut hujusmodi causas legitimas appellandi, debet appellans eas preponendo in scriptis expressare, Calvens. d. conf. 289. ad primum respondet in princ. lib. 1. Roman. conf. 41. in prin. & Apollita ad eam vers. videndum. Card. Tusc. d. tom. 1. littera A. conf. 4010. num. 2. & 18. & Iatibus nos dicemus infra c. 3. n. 44. Guttiere. in repetit. l. nemo potest, ff. de legat. 1. num. 44. circa fin.

39 Haec autem executoriales, (quas vulgo dicimus carta executoria) post rem judicatam conficiantur, et quodam publicum instrumentum à locatio confectum, summum actorum & processus contiens, victori parti tradendum, ut exequatur; ita dicit eleganter Parl. lib. 2. verum quodid. c. f. 1. p. 5. 1. sub n. 2. Practicus Montefrusus in pract. tract. de modo procedendi in una execu- ria fol. 35. Pazz. in praxi. 4. p. c. 1. n. 9. Amad. Rodri. de execut. c. 1. sub n. 9. Villadiego in sua polit. & pract. jud. 40c. 4. n. 4. Joan. Garcia in ir. de nobilitate gl. 6. n. 49. & haec executorialis idem est, quod mandatum executivum; sed moribus usitatum est, ut sententiae in rem judica-

